

65* Iulii Carnici.

C · CORNELIO · L · F
 CLA · CAESON
 TR · MIL · A · POPV
 PRAEF · FABR · ET · DE
 5 CVR · VIAE · CARNICAE
 OCTAVIA · C · F · QV
 VXC

Asquini *Forogiulio* (1827) p. 47 exhibet sic ut dedi suppletam.

66* Osopi.

d | · M
 m. qui NCTILIVS · M · F
 CLA · VALENS
 mil. LEG · XI · CL · P · F
 ann. (LVII STIP · XV

Asquini *giard. suon.* tab. n. 4, cuius retinui supplementa.

Fortasse vera, sed tamen stipendiorum numerus cum annis non satis concordat.

67* nuper rep. in villa S. Floriani inter Casarsam et S. Vitum, nunc Udine in aed. Asquini.

c TVRRANI
 c F · CLA
 s e CVNDUS
 II · VIR · I · d
 5 CONCORD
 DEDIT

Furlanetto lap. Pat. p. 167, cui misit Labus acceptam sine dubio ab Asquinio. Originem dicit ex titulo Patavino n. 2874: *C. Turranius Secundi lib. Euanthus Concord. C. Turrano Pantagatho* cet., at male intellecto; nam collatis reliquis titulis Patavinis similibus satis constat hunc Euanthum non fuisse oriundum Concordia, sed Patavii Concordialem.

68* Formis nummorum a Cortenovio editis (*lettera al Minotto* 1780) Asquinius (*Forogiulio* p. 6; *giard. suon.* p. 28; *lap. ined. di Giulio Carnico* p. 6) ita abusus est, ut propter alteram inscriptam TI · CAESAR · DIVI · AVG · F · AVGVSTVS · IMP · VII · P · M Friulanae provinciae vindicet utpote ibi cusum insignem maximi modi nummum argenteum, in quo ab una parte caput Tiberii cernitur cum inscriptione illa, ab altera capita Augusti et Octaviae cum adscriptione DIVVS · AVG · IMP · OCTAVIA (Eckhel 6, 161); alteram vero, in qua est CAESAR · DIVI · F · COS · II, pertinere dicat ad nummum item repertum in provincia Friulana sibi que visum Veronae in museo comitis Iacobi Verità, qui ab una parte inscriptionem illam habeat ad caput Octavianiani iuvenile nudum, ab altera inscriptionem COL · IVL · KAR cum signis militaribus tribus. 'È ancora inedita', sanctus homo addit, 'per quanto ho potuto sinora riconoscere'.

69* villa di Comero, territorio di Giulio Carnico.

d. m. | costonio | seruo b. m. | ann. xxxii |
 cornelia | melines | fecit

Asquini *Forogiulio* p. 48 auctore non indicato.

71* Due inedite iscrizioni della gente Flavia sono nella mia raccolta.

Asquini *giard. suon.* p. 24.

72* in pago Ignani (Dignano) agri Foroiuliensis rep. 1810 una cum ossibus et aqua et clavi et nummis Claudii.

t. claudius | lemnus | diui claudii | augusti lib. | a studiis

Pirona ex epistula Iac. de Concina S. Daniele 6 Iun. 1810. Sed est urbana Grut. 584, 3.

73* Udine in ecclesia cathedrali qui adservatur titulus Christianus Melubii fratris, eum Roma eo misit Garampius cardinalis cum lipsanis.

70* ex sepulcro facto ex imbricibus magnis sine fundamento ullo, ut quattuor tegulae magnae ipsum efficerent, quinta tegetur (quarum tegularum una inscripta erat sic: T VET DEX), quod a. 1826 m. Aug. repertum *alle falde del monte di Osopo verso Campo* mox venit talium rerum amanti homini (nomen non traditur: *un amatore di cose antiche li portò seco chi sa dove*), prodiisse dicuntur praeter vascula duo argillaceum vitreumque et lucernam inscriptam LVCRET et nummum Augusti tr. pot. VIII cusum a L. Vinicio L. f. III viro amphora formae in vinariis solitae ossibus cineribusque plena cum ima parte acuta in terram immissa, tecta supra patella, in cuius amphorae manubrio legebatur impressum HERENNA, et titulus hic stilo scriptus:

VIANAE
 O SERVAE
 KARAE
 QARDINA
 5 SINIS

Asquinius haec protulit tabulis incisa in commentario *giardiniera suonatrice*, simul docens *Viana* indicare puellam statura parvulam, *Gardina Sinis* significare hortultricem sonatricem, Celtice scilicet. V. 2 legit *conservae*, citans notam OSC ex notissimo titulo Noreiae Görtziano (vol. III n. 5123).

VI. CONCORDIA (Portogruaro).

74* in statua Sileni, Concordiae rep. extat Portogruari in aed. decani Mazzaroli BERT.

SILENO

Bertoli ms. n. 721 (inde Zambaldi p. 47), qui recte titulum indicat recens adiectum.

75* falsa. Portogruari apud Muschietios.

AVE HAVE
 HEROTION
 ET VALE
 CERNOM
 5 FILIAE

Descripsi et damnavi. Cf. vol. III n. 197*.

76* falsa. Puncta ad imas litteras apposita sunt. Portogruari apud Muschietios.

IVVENTIAE · EVTICHAE
 CONIVGI · KARISS
 T · STATILIVS · VALENS
 ML · CI · PR · RA ·
 5 V · A · XX · B · M · P · C ·

Descripsi et damnavi.

VII. OPITERGIUM (Oderzo).

77* Opitergii.

IV · CAESIO · EVNO
 COR · N · IV · SV ·
 · T · · OP ·
 H · M · C · C ·
 5 N · NIC · I · NI · FINE · PET
 P · MOE · B · A · S · Q · Z ·

Valvasoni ms. — V. 1 principium est tituli Opitergini n. 1974; praeterea quid subsit nescio.